



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

45 In concursu 15, Episcopus dicitur execucutor legatorum piorum, in
cujus dioecesi bona sunt sita. Decretum in alienatione bonorum debet fieri
ab eo iudice, cujus jurisdictioni bona sint subdita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- erorum canonum dispositionem eadem statuta recognoscere, & ad animarum salutem moderari, & exequi facere debent privilegia, aut statutis, & consuetudine, etiam immemorabili, non obstantibus, concil. Trid. in cap. 8. de reform. sess. 22.
- 40 Idem ¶ vigore ejusdem constitutionis statuta confraternitatum moderationi, & correctioni Episcoporum sunt expressè subjecta, ut in d. §. statuta autem, & conc. Trident. eod. cap. 8. in fin.
- 41 Maxima quidem est ¶ Ordinariorum auctoritas, Anchar. conf. 155. num. 7. quem citat, & sequitur Card. Tusc. pract. concl. tom. 3. conclus. 254, præsertim in concernentibus confraternitates, & alia loca pia, quæ etiam, si sint exemptionis privilegio munita, eorumque cura, & administratio ad laicos pertineat, ab Episcopis, tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, possunt visitari, Clem. quia contingit §. ut autem præmissa de relig. dom. & concil. Trid. in cap. 9. de resor. sess. 22.
- 42 Sunt etiam Episcopi ¶ in casibus à jure concessis omnium piarum dispositionum, tam in ultima voluntate, quam inter vivos executores, ut in eodem cap. 8. sess. 22. cap. nos quidem cap. si heredes cap. tua nobis, & cap. Ioannes, de testam. dicta Clem. quia contingit, vers. nos in Curiam de religio. dom. & etiam de jure civili, ut l. nulli, C. de Episc. & cler. quod etiam servat, & tenet curia Archiepiscopalis Neapolitana, ut in rit. ult. num. 1, & 2.
- 43 Et omnes ¶ villæ, & Castra, quæ sunt de territorio civitatis præsumuntur esse de diocesi Episcopi, qui tanquam diocesanus, exequi debet testamenta ut in ipsis facta, ut distal. nulli, & ibi Bald. num. 13, C. de Episc. & cleric. in causa hujusmodi legatorum piarum, ¶ quorum executio ad ipsum spectat, potest Episcopus etiam esse iudex, & constituere procuratorem ad agendum coram se, Gemin. conf. 2. 14. quem citat, & sequitur idem Card. Tusc. 191. 3. conclus. 257, num. 7.
- 44 Sed in concursu ¶ ille Episcopus dicitur executor, in cujus diocesi sita sunt bona distribuenda, non autem ille, in cujus jurisdictione testator morabatur, quia, sicut decretum necessarium in alienatione honorum interponi debet per illum iudicem, in cujus jurisdictione sita sunt bona, ita etiam executio spectat ad illum Episcopum in cujus jurisdictione sita sunt, ut post Roman. conf. 250 in prin. quem citat & sequitur Card. Tusc. tom. 3. concl. 293, num. 27. quem vide de hac re in eadem conclusione plura suo more disertè differentem.
- 45 Nec potest testator prohibere, ¶ quominus Episcopus exequatur ejus voluntatem in concernentibus dispositionem ad pias causas factam; si executor nominatus adimplere distulerit, & in auth. de Eccl. tit. §. si quis autem pro redemptione, & ibi Bart. in princ. & gloss. dicto cap. tua nobis in ver. interdici, & ibi Abb. num. 5, & idem tenet Feder. de Sen. conf. 293, per tot. quem citat, & sequitur idem Card. Tusc. ex conclus. 293, num. 38, ubi dicit, quod si testator dederit executores, & deserint, vel negligentes fuerint, siue non dederit, & utroque casu prohibuerit, ne Episcopus se intromittat, hoc non obstante, Episcopus erit executor contra disposita à testatore per auth. licet C. de Episcopis, & Clericis, quia ¶ privata dispositio testatoris non potest generalem